

Peter Hinckelmann Christian Michaelis

De Anabaptismo Disputatio Elenctica Decima Quinta, Complectens Sectae Anabaptisticae Errores refutatos in loco De Coniugio

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737666455>

Druck Freier  Zugang



*P. Kinkelmann.
P.M. theol. 1613.*

Collectio de anabaptismo, P. Hinkelmann, Fräses

- | | | |
|----|---|------|
| 1 | Joh. Mallerii, De SS. scriptura | 1613 |
| 2 | D. Dencanus, De Deo trinitate | 1613 |
| 3 | N. Waltherii, De Persona Christi | 1613 |
| 4 | M. Strubii, De baptismo | 1613 |
| 5 | J. Taimmanni, De coena domini | 1613 |
| 6 | A. Friderici, De peccato originali | 1613 |
| 7 | P. Blankenhagen, De ecclesia | 1613 |
| 8 | J. Mulleri, De ministris ecclesie | 1613 |
| 9 | J. Sperberii, De ministerio ecclesiastico | 1613 |
| 10 | E. Lolepiti, De justificatione | 1613 |
| 11 | V. Garmannii, De bonis operibus | 1613 |
| 12 | J. von Bülowii, De libertate christiana | 1613 |
| 13 | P. Schartingii, De magistratu politico | 1613 |
| 14 | J. von Dike, De iudicio | 1613 |
| 15 | P. Michael, De conjugio | 1613 |
| 16 | H. Hestrii, De fine aucto | 1613 |
| 17 | G. Machau, De mercatura | 1613 |
| 18 | J. Smoldini, De resurrectione | 1613 |

15
DE ANABAPTISMO
DISPUTATIO ELENCTICA
DECIMA QUINTA,
*Complectens Sectæ Anabaptisticæ Errores
refutatos in loco*

De
CONIUGIO.

Quam

Divina S.S. Spiritus assistente gratia

Sub Præsidio

M. PETRI HINKELMANNI

Verbi Divini Ministri.

Privata cœlestis subijcit

CHRISTIANUS MICHAEL

Svetensis, March.

idibus. Iulij. Horâ & loco consuetis.



ROSTOCHII

Litteris Reusnerianis, Anno 1613.

DE ANABAPTISMO
DISPUTATIO ELENTICA
DECIMA QUINTA

Completum Lata Anabaptistica Errorum
responsiones in locis

de


CONIUGIO.



CHRISTIANUS MICHAEL

Strenuus, Mart. A.

ibidem, Luth. Hort. & loco continetur.



ROSTOCKUM

Christoph. Kaspermann, Anno 1613.



Σ Τ Ν Θ Ε Ω.

DISPUTATIO ANTICATA BAPTISTICA

XV.

DE CONIUGIO.

CONTINUATIO.



T Ecclesiz & Reipublicæ seminarium est Coniugium, cuius sanctimonia & reverentia nobis eò maior esse debet, quò origo eiusdem & naturæ præstantior, Quandoquidem constat quàm sancte ab Auctore primò sanctum confirmatum, commendatumq; sit mortalium generi. Verum factio Anabaptistarum, à regia pietatis & veritatis viâ deflectens, uti Ecclesiasticam ac Politicam Hierarchias, quemadmodum superioribus Disputationibus vidimus; ita non minus sanctissimam hanc quoq; Domini ordinationem Oeconomicam, portentosis suis dogmatibus conspurcare, omniq; *æra* *Æra* convellere non erubescit: id quod tum vita istius gentis, tum emblemata præclara, quæ passim sparserunt eius sectæ Ante signani declarant, quæ nos in præsentia, Christo studiis nostris secundo lumine annuente, discutiemus, ac telis ex armamentario Spiritus S. & rationis sobriæ depromptis, pro legitima & genuina Coniugii sanctione hîc pugnabimus; rem omnem duobus capitibus includuri, ut dicamus.

I. De Polygamia & Coniugio infidelium.

II. De divortio & adulterio.

CAPUT PRIMUM.

De Polygamia & Coniugio infidelium.

A 2

Error

Error Primus.

Anab. Me-
nasterienfes
n lib. reffit.

Liberum est Christianis simul habere plures uxō-
res, & tot ducere quot velint.

REFUTATIO.

Facile & sine multa cultura nasci & renasci inter homines
vitia, errores & corruptelas pestiferas, perinde ut in agris lolia;
exemplo quoq; est Polygamia, qua multoties, tam intra, quam ex-
tra Ecclesie hortulos actis radicibus ubertim excrevit, & reseda
atq; extirpata subinde effloruit: quemadmodum id cum V. tum N.
T. tempora palam faciunt: & his seculis impuri Cynici Anabapti-
sta, explosam denuò in Respub. Christianas revocando, eamq; defen-
dendo, insignes Ecclesie turbatores exstiterunt. In quo auctores
habent, quos imitantur, Nicolaitas (de quibus Apoc. 2.) Carpocra-
tianos, Valentinianos, Gnosticos & alios ab ovili Christi sub heresi-
os nota exclusos (a). Etsi autem satis patet adversarios sua vani-
tatis iam dudum esse convictos: tamen propositi ratio exigit, ut &
à nobis aliquid dicatur. Ut verò paradoxon eò expeditius dilua-
mus, hanc, quam error subministras, præfigemus distinctionem Poly-
gamie. Duæ namq; eius feruntur species: Prior, quoties duæ (alias
digamia) plures vè eodem tempore simul ab uno ducuntur & habentur
conjuges. Quomodo etiam ille Polygamus dicitur, qui priori
conjugi, nulla legitima ac sufficiente de causa divorcii, repudiata, a-
liam sibi jungit. Sic enim in foro conscientia prius vinculum non
dissolvi, sed firmum permanere, Scriptura testatur (b). Altera,
quoties morte aut alio modo, matrimonio priore ritè soluto, secundâ,
& deinceps, legitime ducitur. De prima accipiendus est error, qui
eidem patrocinator: ac circa verbi divini consensum, qui nobiscum
contra errorem facit.

I. Fundamentum enim in vicium nostræ auctoritatis est cer-
ta & invariabilis matrimonii regula, ipsa Dei Institutio prima,
quam

a) Clem. A-
lexandr. l. 3.
stromat.
Chem. p. 2.
ex 4. C. Trid
& 2. p. l. cō.
de castit.

b) Matt. 19.
9.
1. Cor. 7. 15.

quã etiã Servator, in caussa divorcii, repetiit & urfit advers^o Iudæos πλωγάρους, quos ita confundit (c): Qui fecit hominẽ ab initio, masculum & fœminam creavit eos, & dixit: propterea relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ: & erunt hi duo in unam carnem. Ex hac igitur originaria sede, de monogamia, ceu vero conjugio, & contraria Polygamia iudicium ferre facile est. Quicquid enim prima huic Institutioni consentaneum est, id rectum, bonum, iustum acceptumq; est Deo. Hinc profuit illud Apostoli: Unusquisq; suam ipsius uxorem, & unaquaq; suum ipsius virum habeat. Quod generale præceptum alibi ita accommodat, quando Episcopum instruens, quomodo suis auditoribus, omni genere virtutum, pariterq; honesti matrimonii exemplo præ lucere rectè possit, vult ut unius uxoris sit maritus. Quia ergo uno ore Dominus ipsemet ac Domini Apostolus in matrimonio unum uni præcisè destinant, & ad eius perfectionem duos duntaxat contrahentes, non plures admittunt, elucescit jam, multiplicationem conjugum, rejci ac damnari, tanquam constitutioni divina repugnantem.

2. Quod si etiam ad primordia polygamie respiciamus, eam à pessimo Lamecho pessimi Caini nepote, malo exemplo introductam comperimus (d). Ut verò Patriarchas & pios in V. T. complures nacta sit consortes, qui eam fuerunt amplexi: tamen horum exempla & mores expressis verbi divini legibus, quibus innitendum est, nihil præjudicant, & perpetuæ veritati ejusdem præscribere neutiquam possunt. Quibus si permisso Deus eum esse polygamos, aut toleravit, non protinus approbavit, veluti nobis imitandum.

3. Sin autem detur singulari dispensatione imò instinctu aut consilio Divino, ob causas in scriptura non expressè positas nobisq; incognitas, conjugum multitudinem Patribus aliquando licuisse: detur etiam, polygamiam usu politico receptam & frequentatam, offendentulo tunc temporis & notabili crimine periculoq; caruisse: & quæ in se peccatum erat, exemplorum copia, rei indifferentis speciem induisse: prima fronte illicò apparet, eam ad nos nihil attrinere.

c) Gen. 1. 17.
c. 2. 24.
Matt. 19. 4.
5.
Marc. 10. 6.
7. 8
1. Cor. 7. 2.
1. Tim. 3. 2.

d) Gen. 4. 19

Nunc enim alii mores, alia tempora. Et privilegium, quibusdam saltem certisq; temporibus peculiare, regulam communem non infringit: ad quam Christus nos revocat in N. T. & quam renovando atq; insculcando, consuetudinem priorem, non bonam quidem in se & criminofam, sed ad tempus in nonnullis toleratam, antiquavit.

4. Sequimur ergò hic non hominum consuetudinem; sed Dei veritatem. Non enim videndum, quid vel hic, vel ille, etiam ex sanctis fecerit: sed quid Deus in verbo patefacto fieri vel jusserit vel prohibuerit: ut præclare & ἐμφανῶς loquitur Cyprianus. Unde nihil quidquam patrum exempla pro dogmate Anabaptistarum concludunt.

5. Neq; verò manifesta scriptura solum, sed & naturæ ac rationi & honestis legibus odiosum est Polygamie monstrum. Ratio enim & natura cum suadent conjugium, hos maxime respiciunt fines. 1. Hominis generationem, 2. amorem conjugalem mutuum, 3. Individuam vitæ conjunctionem: cum quibus conjugum multiplicatio adversa veluti fronte pugnat.

6. Siquidem generatio φυσικῆ inter duos duntaxat naturaliter, rectè & δὲ νόμος peragitur, ex præscripto & institutione creatoris, qui cum primum omnia faceret valde bona, & homines & reliqua animantia efficaci suo verbo ita condidit, ut paria bina & bina sobolem sui generis possent producere (e), quod natura ac Domini præscriptum, polygamie propugnatores non modò violant; sed eadem quoq; opera, multorum incommodorum semina spargunt, qualia sunt: vagarum libidinum collusives; liberorum, familiarum, hereditatum confusio incertitudoq;, educatio prava & indiligens, contentiones, rebelliones & ἀταξία perniciose &c. quæ ex his deinceps tanquam malis initis, experientia teste, oriuntur. Exempla scriptura & historie multa suppeditant (f).

7. Amor deinde conjugalis integer, incontaminatus & reciprocus non nisi inter duos consistere ac vigere posse, rectè censetur. Cum enim debeat esse πᾶσις φιλία, in plures dividi hic affectus, aut

e) Gen. 1. 24
27. 27. 28.
e. 7. 14. 15.
2. 8. 16. 17. 19

f) 1. Cor. 7. 2
Gen. 6. 2. 4.
e. 2. 9. 10.
Jud. 8. 31. c. 9
1. 2. seq.
1. Reg. 1. 6.
3. R. g. 1. 6.
c. 11. l. 4.

riva

rivales ferre non potest. Animus namq; multitudi-
ne distrabitur, fieriq; non potest, quin multiplicati-
one uxorum, charitas per diver-
sas libidines dispersa torpescat. Apparet hoc ipsum ex conjugum
zelotypia saepenumero. Et luculenter idem in venerabili isto myste-
rio Christi & Ecclesia $\rho\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\upsilon$ depingitur. (g)

8. Et tertio, quomodo-nam possit individua esse Conjunctio, si
pluribus simul adharere sit permissum? qua sua natura includit pa-
ctum irrefragibile, ut mutuo sese alter alteri in solidum & in totum
donet, tradat & mancipet: Apostolo submonente, qui ait: Uxor sui
corporis potestatem non habet nisi vir: nec vir habet sui corporis po-
testate nisi uxor (h). Ex quo emergit, viru corporis sui usum ab una
ad alteram bona conscientia transferre non posse, cum, quod semel
donatum & proprium ad possidendum factum est, iterum donari
communicari ve non queat. Qui autem alteram uxorem superinduo-
cit prima, licet illam non abdicet in totum; tamen separat se ab ea
ex parte, quia animi & corporis partem ipsi debitam suffurat &
ad secundam violenter erabere molitur. Quo modo efficit ut prior
carnis unitas & foederis maritalis nexus dissiliat.

9. Quid? quod & sanioribus Ethnicis, multitudo conjugum,
improbatur. Et jamdudum lege civili (i) infames pronunciat
polygami, hodieq; capitis poena plectuntur. Ex quibus omnibus poly-
gamiae feditas & monogamiae comprobata sanctitas patescit.

10. Ad majorem tamen $\sigma\alpha\phi\lambda\omega\epsilon\iota\alpha$ subungere his placet ma-
tura Vetustatis judicia. Tertullianus (k): Numerus conjugii a ma-
ledicto viro incepit: primus Lamech duabus maritatus, tres in u-
nam carnem effecit. Ibidem: Deus cum hominem figurasset ei, pa-
rem necessariam prospexisset, unam de costis ejus mutuatus, unam
illi foeminam finxit. Cum itaq; nec artificium nec materia defecis-
set, plures costae in Adamo, & manus fabricabiles in Deo; sed non
plures uxores apud Deum. Theophylact: Non oportet unum virum
multis copulari, nec unam foeminam multis viris: sed ut initio con-
iuncti sunt manere, ne citra rationem cohabitationem suam divelo-
lant.

g) Gen. 16.
5. c. 30. 15.
Num. 5. 14.
20.
Ezech. 16. 8.
Osee. 2. 19.
Cant. 7. 10.
& 8. 6.
h) 1. Cor. 7. 4

i) l. ff. de his
qui not. in
fam. l. cum
qui duab.
18. Cod. ad
i. Jul. de ad-
ult. constit.
Carol. V. c.
121.
k) lib. de ex-
hor. ad cae
In Matt. c.
19.

In Epist.
ad Tit.
Lib. 1. de
nupt. & cō-
cup. ad Val
c. 9.
l. 22. cont.
Fauft. c. 47.
In Mar. c.
10.

lant. Chrysoſt. Dixit (Deus) erunt duo in carnem unam non multi,
ſed duo. Auguſt. Magis pertinere ad nuptiarum bonum, non unum &
multas: ſed unum & unam, ſatis indicat ipſa prima divinitus facta
conjugum copula, ut inde connubia ſumerent initium, ubi honeſtius
attenderetur exemplum. Idem de patr. πολυγ. Quando mos erat
crimen non erat, & nunc propterea crimen eſt, quia mos non eſt.
Ibid. Nunc cur crimen eſt, ſi quis hoc faciat? niſi quia & moribus
& legibus non licet. Theophylus. Noluſt conſilium Dei polygami-
am. Quod ſi enim voluiſſet unum quidem Deus feciſſet virum, multas
autem mulieres: nunc autem non fecit, ſed masculum & ſæminam
fecit. unum uni copulari iubens.

Error Secundus.

Conjugium in fidelium eſt peccatum & nullum con-
jugium coram Deo: ſed impuritas & fornicatio.

REFUTATIO.

Quo ſine hunc errorem propugnent ad verſarii, divinare opus
non eſt, quippe quo prodigioſam licentiam & levitatem ſuorum in
divortis faciendis excuſandi occaſionem capteant. Infideles autem
ipſis habentur omnes, quicumq; ſunt cultu & profeſſione ab iſta ſua
ſecta alieni, hiſ impingunt, hoc grande malum, clamitantes, eorum
conjugium eſſe φαινόμενον, hoc eſt non conjugium, imò peccatum, ini-
quitatem & fornicationem. At ſibi reſponſum hoc habeant:

1. Conjugium citra rationem religionis & citra fidelitatis in
fidelitatisq; reſpectum eſſe revera divinam ordinationem univerſa-
lem, & iure naturali legitimè & honeſtè exerceri inter omnes indi-
criminatim homines in eo viventes, qui quidem ætate, natura legi-
busq; honeſtis ejus capaces ſunt: Quis ergò hinc excipiantur fi-
deles?

2. Sanè matrimonii Inſtitutio prima va ejusq; & benedictio
& pæ.

Monasteri-
enf. Bulling
l. 1. c. 1. de
Anab.

& pœna communis est fidelibus cum infidelibus conjugibus: Ergo
 & ipsum matrimonium erit. Primò enim, si intueamur ejus insti-
 tutionem, auctor illud ipsum sancit & liberum reliquit ex æquo
 omnibus ad id idoneis, sine distinctione; in protoplastis, communib. fi-
 delium ac infidelium parentibus: neq. posthac ad certos mortales hoc
 restrinxisse Deus uspiam legitur (a). Benedictio deinde divina, insti-
 tutionem subsequens, de sobolis multiplicatione, in quibuscunq. vel a-
 theis etiam, nequioribus conjugibus effectum suum sortitur: quippe
 quæ πένθος οὐκ ἔχει addita est, (b) posteaq. reperita Noacho moria-
 lium restauratori eiusdemq. familiæ, etiam impio Chamo, à quo infi-
 nita idololatrarum agmina prodierunt. Deniq. pœnam quoq. matri-
 monio iunctis post lapsum divinitus irrogatam, experiri fideles pari-
 ter ac infideles certum est (c). Ergo verum utrinq. conjugium.

3. Equidem lex nulla, sive divina, sive naturalis, sive positio
 va potest ostendi, in quam per se incurrant matrimonia infidelium
 legitima: quin potius ea commendat non solum Appetitus naturalis
 conservandi speciem humanam, quem utiq. natura homini instilla-
 vit: sed etiam tali communiuntur argumento: Ubi dantur *οὐσελεια*
 requisita contractus conjugalis, ibi necesse est verum conjugium
 dari. At in infidelium matrimonio ea reperiuntur. E. Potest enim
 ibi fuisse Consensus contrahentiũ cum legib. & honestate congruens:
 Materia; personæ idoneæ, mas & fœmina: forma, horum conjun-
 ctio in societatem conjugalem indissolubilem.

4. Sic itaq. conjugium consideratum, ut in sese est Dei & na-
 turæ ordo, inde ejusdem integritas & perfectio, quod sit vica genus
 per se sanctum & Deo placens, demonstratur. At pars adversa,
 peregrinum & speciale accidens quod conjugatorum est, ipsi conju-
 gio assignat, infidelitatem nimirum, quæ ad eius vinculum & es-
 sentiam minimè pertingit, nedum ut eius *οὐσελεια* vitiet, quò minus
 idem in se legitimum & invariabile maneat. Alias hypocritarum
 & incredulorum, in Ecclesia latitantium, matrimonia non minus
 quoq. fœda & impura forent.

B

5. Por.

a) Gen. 2.
 18. 22.
 Matt. 19. 4.
 Heb. 13. 4.
 b) Gen. 1. 28
 & 9. 1.

c) Gen. 3. 16.
 18. c. 23. 1.
 c. 25. 2. 2. c. 35
 17. 18.

d) Lev. 18.
24. 26. 27.

e) Matt. 14.
3. 4.
1. Cor. 5. 1.

f) Ioh. 4. 18.

g) Vid. tit.
de matrim.
& nuptiis.

5. Porro; in quibuscunq; prohibentur & puniuntur acerrime incestus, adulterium, & cetera conjugio inimica flagitia, in iis probatur & esse praesupponitur conjugium legitimum honorabile & impollutum. At de infidelibus illud verum est. E. & hoc. De Chanaanais enim discrete legimus (d), quod, quia nefariis adulteriis retroq; incestu contaminarint terram, ideo divinitus quoq; pœnas tulerint. Consequitur ergo conjugia Chanaanæorum per se fuisse legitima, rata & vera. Quia ista peccata non nisi verò conjugio opponuntur. Nullum enim adulterium est, ubi verum conjugium non anteceffit. In N. T. legimus (e) Baptistam, ob eiusmodi crimen Herodem, impietatis mæcipium, arguere. Paulus item incestum Corinthiis exaggerans, ait, tale stuprum nec inter gentes inaudiri.

6. Tum etiam Salvator non obscure indicat mulierculam (f) Samaritanam superstitionibus idololatricis immersam, cum quinq; viris suis, antea in legitimo toro vixisse. Idemq; cum pleraq; omnia Verbo Dei contraria, ad rectam normam revocari, nusquam tamen incredulorum Iudaorum matrimonia, quasi impura essent, virgula censoria perstrinxisse legitur.

7. Sed nec Apostoli sub Christianæ religionis primordium dirimi præceperunt conjugia in gentilismo contracta, sed eadem legitima & rata judicârunt, ut videre est ex 1. Cor. 7. cap. ubi discrete Paulus ex ethnicis neophytos ad baptismum admissos, ab inito prius inter se fœdere connubiali conjugatos, eorum nominibus propriis (viri & uxoris) appellat, etiam alterutro horum infideli existente. Imò & conjugii regulam utriq; compari, tam fideli quàm infideli applicat. Et liberos, ex tali matrimonio natos, mundos id est honestos inq; legitimo toro natos pronunciat. Quæ conjunctio si stupri vel fornicationis rationem habuisset, nunquam vel tantillum eam tolerasset Apostolus, nedum suasisset.

8. Quid multis? matrimonium ex iure naturali trahit originem (g) & inde natis civilibus legibus maximam partem comprehenditur. Iam vero Evangelium eiusq; professio, ius naturale atq; bone-

honestas policias nequaquam improbat vel abolet, nec bonos contra-
ctus civiles rescindit vel damnat. E. nec coniugium.

p. *Appendicis vice sine hac patrum suffragia. Ignatius. Si quis legitimam commixtionem & liberorum procreationem vocat coinquinacionem: cohabitatores habet Draconem Apostatam. Isych. Ad propagationem generis humani terramq; replendam superna benedictionis gratia nuptias (Deus) instituit. Lactant. Duorum sexuum conjunctio generandi causa data est viventibus, eaq; lege posita est, ut successionem parent. Innocent. loquens de infidelib. Uxorem ducere crimen est? an non est crimen? Si crimen est: ergo erit auctor in culpa, qui ut crimina committerentur, in paradiso precepit: cum ipse eos benedixit. Id. Quod Deus instituit: nefas crimen appellare. Et, non potest inter peccata deputari, quod lex precepit & Deus iniunxit. Et, Nuptiarum copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est solvi inter peccata, credi omnino non debet. Ambrosius. In baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In conjugio non culpa: sed lex est. Quod culpa est igitur in baptismo relaxatur: quod legis est, in conjugio non solvitur. August. Ideo nec juberi debuerunt fideles ab infidelibus separari: quia non contra iussionem Domini gentiles fuerunt ambo coniuncti.*

Ad Philad.

In Gen.

Vide cap. 5.
Dist. 26.

l. 1. de officio
cult.

Ad Pollent.

CAPUT SECUNDUM. De divortio & adulterio.

Error Primus.

Licitum est recte credenti, infidelem conjugem relin-
quere & aliam suae fidei ducere.

Monasteri-
enses.

REFUTATIO.

Ex precedente hic error exurgit, scilicet, tanquam fundamento superstruitur. Peccant vero & graviter in hoc quoque antagonista, quod homini suae religioni dedito, si alienae professionis conjugem nativus sit, integrum esse ac liberum autumant, repudium renunciare

isti conjugii, eamq̄ deserere, si insanire cum insaniente, eandem sub
perstitionem amplecti, & vagabundum quoquò sequi renuat. Pœc-
cant inquam: tum quia deserctionis causâ justâ destituuntur: tum
quia inconuenienti modo ac via, ex temeraria leuitate atq̄ auctori-
tate propria, se iuncta magistratus ordinarij cognitione & sententia,
rem peragunt. Quid est desertorem, fœdifragum, perjurum, adulte-
rum fieri, si hoc non est? Verum age dispiciamus, quomodo licentia
istœ defendi queat: Cui reclamitant?

a) Matt. 19.
5. 6.
Gen. 2. 24.
Mat. 10. 6.
7. 8. 9.
1. Cor. 7. 4.
10. 11. 12. 13
27. 39.
Rom. 7. 2.
Matt. 5. 32.
c. 19. 9.
Mar. 10. 11.
Luc. 16. 18.

1. Scriptura: quæ apertissimè in dicitur concionatur ex ore
Christi; Quod Deus conjunxit, hominem separare non debere (a).
Quod decretum Filij Dei firmum, fixum & immocum manes. Cuius-
modi est etiam illud. Qui fecit ab initio hominem, masculum & fœ-
minam creauit eos & dixit: propterea relinquet homo patrem &
matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Tum
Pauli vox est: matrimonio iunctis præcipio non ego, sed Dominus,
uxor à viro ne separetur. Maritus uxorem ne dimittat. Et, si quis
frater uxorem habet infidelem & hæc assentietur ut habitet cum illo,
ne dimittat eam. Et, si quæ mulier (fidelis) habet virum infidelè, & hic
consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Alligatus es uxori?
ne querito diuortium. Sic; Uxor alligata est viro per legens
quamdiu vivit maritus ejus. Et ob id, uxor proprii corporis ius non
habet: sed maritus: Consimiliter & maritus sui corporis ius non ha-
bet; sed uxor. Quid hisce testimonij illustrius? Palmarium tamen
inter hæc esse videtur illud toties iteratum: Quicumq̄ repudiaverit
uxorem suam nisi ob stuprum, & aliam duxerit, adulterium commi-
tit; imò efficit, ut repudiata adulterij maculâ polluat. Effrons
itaq̄ oportet, ut sit, & vesanus; qui supersticiosa deliria Anabaptis-
tarum, præ cœlesti hac veritate; fumos præ clarissima luce ap-
probat.

2. Limitatio & Restrictio sacrarum literarum. Eæ enim
non ullam planè agnoscunt matrimonij dissolventi, & deinde aliud
bona conscientia ineundi, causam, præter has (b). I. Adulteri-
um;

um, cum nempe quaestio est de faciendo divortio. 2. Desertionem violentam & malitiosam alterius comparis; ubi de facto quaeritur divortio. De quibus tamen cognoscere & sententias ferre, non nisi Magistratus ordinarij esse. 3. Mortem naturae, ultimam omnium rerum lineam. His nempe vinculum & usus inita coniunctionis maritalis, ἀδελφότης aliàs in se, iure poli dirimitur & finitur: non verò disparis religionis cultus ve interventu, quem nostri libertini suae levitati praetendunt. Infidelitas enim vel haeresis coniugij substantiam non impugnat, nec conscientiam in usu matrimonij mutuo polluit, multo minus conjugium evertit. Vide qua super his in praecedentis erroris ἀναστροφῆς disseruimus.

3. Definitio ὁνοματώδης matrimonii. Si enim secessionem à consorte thalami hoc modo facere curvis licet; Cur pactum connubiale dicitur συζυγία, copulatio sub eodem iugo, συγκολλησις, adglutinatō, συνωλεσις cohabitatio, conversatio, συνδύασις eis pulcherrima, combinatio in unā carnem (c). Idem patet ex eius contrario divortio, quod dicitur ἀποστίσις desertio (à fide conjugali) ἀπέλυσις solutio, (vel quod ἐμφαλικώτερον est in linguarum matre) ἀσπίσις, praescissio; ut, dicendum sit, eum qui dirimit coniugium, partem carnis à carne abscindere & hominem in duas partes secare.

4. Definitio ἁριστώδης: Est enim Matrimonium legitima & indissolubilis unius maris & unius feminae conjunctio; ad omnis vitae consortium & propagationem generis humani & vitandas libidines, divinitus instituta. Vel, ut ab ICTIS succinctius proponitur (d). Est viri & mulieris conjunctio, individuam vitae consuetudinem retinens. Quas definitiones qui rejicit, fundamenta scripturae paulò antè recensita & ius naturale respuit, unde ea efflorescunt: qui admittit, quid illis obrimeatur, contra errorem, videt. Et munivunt, qua hactenus diximus omnia, generali hac observatione: quod Dei verbo & lege non distinguente vel excipiente (v.g. de fidelitate & infidelitate in coniugio) nullius sit distinguere vel excipere.

b) Matt. 5.
32. c. 19. 9.
Marc. 10. 11.
12.
Luc. 16. 18.
1. Cor. 7. 39
Rom. 7. 2.

c) Matt. 19.
5. 6. 7.
Eph. 5. 31.
1. Pet. 3. 1. 2.
7.
Deut. 24. 1.
2.
Gen. 1. 23.
24.
d) Instit. 1. 1.
de iure nat.

5. Praxis Ecclesie & Exempla Iosephi, Moſis, Iobi, Davidis, Eſtheræ, matrum Timothei & Auguſtini, multorumq; aliorum. Unde liquido apparet, iam inde ab Apoſtolorum ſeculo in Eccleſia obſervatum fuiſſe, quantum fieri potuit, illud Pauli (e): Si quis frater uxorem habet infidelom, & hæc aſſentitur, ut habeat cum illo, ne dimittat eam: & viciſſim. Neq; tamen huic contradicitur per illud eiufdem: Nolite iugum ducere cum infidelibus: & quæ aſſeruntur alia ferè conſimilia. Quibus ſolum cavetur, ne quis infidelitatem ſeſtetur, abjecta fide, vel approbet impietatis opera & errores. Alioquin enim externa converſatio cum infidelibus ſalva pietate, homini Chriſtiano non eſt interdicta. Quamquam & hoc Anabapitiſtarum cauſam ac conditionem eo pejorem efficit, quod ſa piſſimè, pars deſerendi, deſerta parte multo eſt infidelior. Labore recenſendi incommoda, quæ hanc impiam divertendi licentiam & levitatem ſequuntur conſulto ſuperſedemus.

e) 1. Cor. 7.
12. 13.
2. Cor. 6. 14

f) In e. 19.
Matth.
1. 9. ep. 39.

6. Teſtimonia patrum. Theophyl. (f) Sicut impium eſt carnem ſuam dividere: ita & conjuges divellere. Chryſoſt. Contra naturam & contra legem repudiū; præter naturam quidè quia una caro inciditur: contra legem autem, quia cum Deus conjunxerit ac juſſerit non ſeparare, ipſi contra præcepta Dei facere auſi eſtis. Gregor. Sunt qui dicunt, religionis gratia coniugia debere diſſolvi: verum ſciendum eſt, quia eſi hoc lex humana conceſſit, lex tamen divina prohibuit: Per ſe enim Veritas dicit: Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet. Qui etiam ait: Non licet dimittere uxorem & præcepta cauſa fornicationis. Quis ergo huic cæleſti legiſlatori contradicat? Ambroſius: Comparem ſuum & bos requirit & equus diligit, & ſi mutetur alius, trahere iugum nescit compar alterius, & ſe non totum putat. Tu jugalem tuum repudias? & putas ſæpe mutandum? Aug. Conſilium Apoſtoli attendatur, ut ſi infidelis conſentit habitare cum viro fideli, vir non dimittat uxorem: ſimiliter uxor fidelis virum: ſi cum illa habitare conſenſerit.

Epift. 89.

Error

Error Secundus.

Motus cordis ad alterius conjugem est ex S. Sancto:
& commixtio cum ea non est peccatum. Licitum quoq;
est alterius conjugem secum circumducere.

REFUTATIO.

Est hæc recerrima in Deum castissimam mentem blasphemia,
& piaculum quo aures pie vulnerantur, adeoq; ex unico hoc effato
Spiricum impurum Anabaptistica vesaniæ quasi ἐξ ἑνὸς τοῦ λέοντος
noscere licet. Scrupenda quoq; est furentis Satanae impudentia, qui
in medio Christi peculio, precioso ipsius nec sanguine mundato, tam
fædi spurcig, dogmatis magistros, iam aliquoties excitavit, ut histo-
ria variarum aratum fidem faciunt. Resecamus autem verbi divi-
ni gladio huius tricipitis chimæ caput Primum, de τῷ θεῷ isto (vel
ut clarius dicamus) Concupiscentia, qua quis impulsus inardescit er-
ga alienam, ostendentes planissime:

1. Hanc esse vitiosam & malam, & ἐκ(α) corde per verso car-
neq; depravata proficisci. Quia clarissima vox divine legis: Non
concupisces uxorem proximi. Et Christi: Ego dico vobis, quod qui-
cunq; adspexerit uxorem, ad concupiscendum illam, iam adulterium
commisit cum ea in corde suo. Ideoq; oculorum ἰδὲν τῷ θεῷ & deside-
ria omnia abjicere seriò ibidem præcipit.

2. Stet itaq; invictum axioma: Quicquid in natura ratio-
nali disidet à lege, quæ est perpetua norma justitiæ in Deo, & quic-
quid cum ea pugnat, si ve sit inclinatio, si ve actio, si ve amissio & de-
fectus, est peccatum (b): Ergo & talis concupiscentia, si ve adhuc
in scrinio peccatoris geratur, si ve ad actum ultimum profiliat: Paulo
iudice, qui de omni ἁμαρτία ἡμετέρας ita pronunciat: Peccatum non
cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex
diceret: non concupisces. Et Iohannes inquit: Concupiscentia car-
nis & concupiscentia oculorum, non ex Patre, sed ex mundo est.

3. Ob id etiam in sacris, ubi vis locorum, malè audit hæc con-
cupi-

Menio teste
in lib. cont.
consanguin-
ecos.

a) Matt. 15.
19.
Exod. 20. 14.
17.
Rom. 13. 9.
Matt. 5. 28.

b) 1. Ioh. 3. 4
Rom. 7. 7. 8
1. Ioh. 2. 16

c) Ezesh. 23
 5. 11. 16.
 Ier. 5. 8.
 Syr. 9. 9. 10.
 & 23. 5.
 Matt. 15. 19
 c. 5. 28.
 1. Cor. 7. 9.
 Gal. 5. 17.
 18. 19.
 Col. 3. 5. 6.
 Ephes. 4. 19.
 22. c. 5. 3.
 1. Thef. 4. 5.
 7.
 1. Pet. 2. 3. 16
 2. Pet. 2. 10.
 14.
 Iac. 1. 14. 15.
 c. 4. 8.
 d) Gen. 6. 2.
 3. c. 12. 14.
 17. c. 22. 2.
 3. c. 39. 7.
 seqq.
 2. Sam. 11. 2
 Prov. 9. 14.
 Eccl. 9. 5. 9.
 10. c. 23. 22
 24. 25. 26.
 Rom. 6. 12.
 Gal. 16. 17.
 19.
 Eph. 5. 6.
 e) Lib. 3.
 cont. Julian
 f) Lev. 18. 20
 Deut. 24. 4.
 Num. 5. 13.
 Prov. 6. 29.
 Job. 31. 2. 12.
 g) Gen. 39. 9
 Pfal. 57. 6.
 Eccl. 23. 33

cupiscencia, & qui calibus ardoribus astuant. Appellatur enim (c) In-
 sania, instar equi emissarii: amor exardescens tanquam ignis, tra-
 hens tandem ad interitum, appetitus ventrii: animus impudens: ad-
 ulcerium, stuprum, cum quibus coniuncta est; Ulfio, Caro concupi-
 scens aduersus spiritum; gignens adulterium, scortationem, immun-
 diciem, lasciuiam in iis qui Spiritu Dei non aguntur (quod no-
 tabile & contra Spiritum Anabaptistatum): πᾶσι, mala concu-
 piscencia, immundicia regnans in filiis intractabilibus: affectus con-
 cupiscencia pugnans cum sanctificatione: concupisc. pollutionis eor-
 rum qui habent oculos, plenos adulterij, nescientes cessare à peccato,
 insciantes animas instabiles, ipsi à propria conscientia tentante ab-
 stracti & illece. O igitur peccatores, impuros Anabaptistas, liber-
 tatem habentes ad operculum nequitiae!

4. Porro putidis aduersariis hoc obvertimus argumentum:
 Quod facit hominem ruere ulterius in peccatum, violandoq. Dei
 præceptum accersit pœnas, illud in se est malum & à malo princi-
 pio progreditur. Concupiscencia, de qua error, hæc omnia: ut pa-
 tet dictis & exemplis non paucis (d). E. non est à bono Spiritu sed à
 malo quo vesani aduersarii aguntur,

5. Concludimus ergo hoc primum Erroris membrum cum Au-
 gustino, Concupiscenciã uxoris proximi, siue fiat κατ' ἐπέχειαν actua-
 lizer, siue & ἐπὶ δειοῦ in motu, damnari.

6. Ad secundum nunc Erroris membrum accessum facientes,
 videamus quæ mater, qualem progignat ferum: καὶ τὸ ἐργαζομένου καὶ οὐ
 δου: Commixtionem nempe cum alterius coniuge. Quam peccatum
 gravissimum & atrocissimum; imo nihil aliud quam speciali
 suo vocabulo adulterium, seu tori violationem ac pollutionem
 nefariam, ac vinculi fideiq. conjugalis diuulsionem esse dicimus.
 (f).

6. Peccat enim qui hoc flagitium committit. 1. In Deum
 (g) cuius ordinationem & edictum violat. 2. in proximum, quem
 flagi.

flagitiosè decipit & in perniciem extremam secum involvit. 3. In seipsum, in animam, corpus, vitam, salutem & incolumitatem (i).

7. Et hanc ob causam se verissimè eidem interdicitur in scriptura, quæ passim in illicitas istiusmodi contaminationes sua jacit fulmina (k): Quibus, qui non moventur, ut resipiscant, sentient horribilem execrationis Divinae sententiam, (l) & Pœnas luente corporales & æternas, quæ talibus denunciantur. Ut Exempla tragica Sodoma & Gomorrhæ, Israelitarum, tribus Benjamitica, Davidis & aliorum testantur (m).

8. Tum & mulierum communionem Iure Humano detestabilem habitam fuisse, argumento sunt tot exquisitissima suppliciorum & pœnarum genera, quibus Echnici Nomotheta olim suas leges adversus adulterij fœditatem edacuerunt. De quo consuli possunt eorum scriptores (n).

9. Tandem infringere debebat Anabaptistarum furorem, quòd aliquot jam retrò seculis impurissimum hoc dogma in Nicolaitis, Valencinianis & Carpocratianis damnatum, & è pomæriis Ecclesiæ proscriptum relegatumq; esse agnoscunt.

10. Tertium est in errore quòd imperitè & stolidè aliis persuadere conantur: licitum esse alterius conjugem, à viro absente, secum circumducere, Idsi exponit eo sensu, ut sit: habere circumductam pro conjugè: adulterium hoc modo committitur, & sic iammodò sunt refutati. Si de ministerio & externa societate extra tori violationem: nec eo modo defendi potest fraudulenta hæc perfidorum Anabaptistarum fraternitas. Vetat namq; hanc circumvagacionem & circumductionem,

II. I. Conjugii sanctitas & natura. Exigit siquidem Dei institutio, & in id uterq; coniunx initio consensit, ut unus maritus uni suæ uxori, (o) & una uxor uni proprio viro, non pluribus, non alieno adhæreat agglutinata, eidemq; cohabitet omni vitæ tempore. Nec non conjugii φιλτεω & nexu in unam carnem duo ita coaluerunt, ut jam non possint esse duo aut divisi, aut alterius, tam

C

quoad

1. Cor. 6. 15.
h) Lev. 20.
10.
Deut. 22. 22
Pro. 2. 19. c
6. 26. 29. 32
33.
i) Gen. 26.
10. 11.
Lev. 18. 25.
Iob. 24. 18.
19.
Syr. 19. 7.
1. Cor. 6. 9.
15. 16.
1. Tim. 4. 2.
k) Exod. 20.
15.
Lev. 13. 20.
Prov. 6. 24.
25.
Iob. 31. 9. 11.
1. Cor. 6. 9.
1. Thef. 4. 3.
Eph. 5. 3.
l) Deut. 27.
26.
Gal. 3. 10.
Lev. 20. 10
Deut. 22. 22
Jerem. 3. 7. c
29. 22. 23.
Ezech. 18. 11.
13.
1. Cor. 6. 9.
10.
Gal. 5. 21.
Eph. 5. 5.
Col. 3. 6.
Heb. 13. 4.
Apoc. 21. 8.
Iudæ v. 7.

m) Gen. 19.
3. 24.
Num. 25. 8.
Iud. 20. 5. 6.
7. 4. 6.
2. Reg. 12. 5.
7. 10. 11.
1. Reg. 2. 22.
25. c. 4. 17.
n) Agcl. 1.
19. c. 23. &
Valer. Max
l. 6. c. 5. Ti-
raquel. leg.
connub. 13
n. 6.
o) Gen. 2. 23
24.
Eph. 5. 28. 31
1. Cor. 7. 4.
p) Gen. 2. 18.
22.
Eph. 5. 25. 28
29.
Cant. 6. 2.
Tit. 2. 4. 5.
q) 1. Cor. 7. 3
c. 9. 5.
Eph. 5. 25. 29
1. Pet. 3. 7.
1. Thel. 1. 4.
Rom. 7. 2. 3.
2. Cor. 7. 10.
39.
Eph. 5. 23. 33

quoad affectum, quàm quoad usum coniugalem. Neuter itaq; sui
prostituenti ius amplius habet, ei enim renuncia vitæ cum, cum uni se
obstrinxit. Si verò liceat uxori esse vagabunda, & cum alieno vi-
ro omnia perreptare loca: quomodo manebit una unius tota? distra-
hitur individuum vitæ consortium, à circumductore rapitur, possi-
detur, usurpatur quod est alterius.

12. II. Pietas coniugalis. Adjunxit enim viro mulierem
Deus, ut esset ei in adiutorium & coram ipso (p)? Ideoq; Evam è
latere viri efformavit, ut innueret, mulierem, oportere, esse $\pi\acute{\iota}\varsigma$ $\lambda\acute{\upsilon}$
 $\phi\acute{\iota}\lambda\alpha\chi\alpha$, collateralè & sociam mariti: ut ita ambo ope inter se mu-
tua possent uti, & mutuis amorum ignibus flagrare, ad Christi & Ec-
clesiæ exemplum. Vultq; idem coniuges communem sobolis & rei
domesticæ curam gerere, & communiter de bonis ærumniq; æcono-
micis participare. At quomodo erit adiutorium individuum, quæ
proprio relicto, alienum consecratur, ei servit, ministrat? quomodo
diliget, imò quomodo non cadio habeat suam carnem, eam deserens
do, quam nutrire & fovere debebat?

13. III. Honestas. Caput suæ mulieris vir est eiusq; domi-
nus, nutritor ac defensor, cui tenetur ipse debitam reddere benovo-
lentiam & honorem convenientem imperire: ipse iubetur vas su-
um possidere in sanctificatione cum honore (q). Uxor $\delta\alpha\upsilon\delta\acute{\omicron}\rho$ & allig-
gata est viro suo viventi, si verò cum alio fuerit notam adulterij
incurret: & quoniam coruscet radius mariti, ideò eundem debet re-
vereri ipsiq; (non alii) subdita esse perpetuò, & sub eodem iugo vo-
cationis onera cum compare sustinere, quò sic societas conjugalis av-
 $\eta\sigma\phi$ in qualibet sui parte cõservetur, quæ nervus est cõiugij, quo
per distractionem coniugum inciso, paulatim coniugium ipsum ext-
spirat. Etenim ubi vir relictis suis fiet peregrinator temerarius;
uxor à proprio capite dissociata alterius dominio & consuetudini se
implicat; frigebunt officia (si qua sunt inter tales) æconomica, res fa-
miliaris dilabatur, liberi, tenella plantula malè curabuntur, omne
piera-

pietatis exercitium interrumpetur, seq̄ uterq̄ conjunx turpissimè,
contra praeceptum Apostoli, defraudabit (r).

r) 1. Tim. 5.
8.
1. Pet. 3. 7.
1. Cor. 7. 5.
f) Mat. 6.
24.

14. IV. Aequitas. Non enim quæ unius facta est, amplius
duobus potest Dominis servire (s). Qui verò eo audacia proceffe-
rit ut abstrahat à marito eorū sociam, ille sceleratè proximum de-
cipit, eūq̄ usu & fructu cōiugali privat, facit ut iugata divinitus, do-
mini jugum excutiat, ut perfide peccet in fœderis maritalis auctoritè,
in maritum, in familiam, & adulterij infamiam sibi accersat, imò
ipse horum omnium fit reus, &c. Ex quibus omnibus clarescit, dis-
tractionem circumductionemq̄ alterius coniugis esse contra Ds̄i ve-
rum, & contra jus & aequitatem.

15. His iam selectiora quadam Patrum dicta ad versus supra
positum errorem trimembrem subnectimus. (t) Athan. Qui formam
concupiscit, quamvis sine facinore, peccatum sine teste commisit. Gre-
gor. Solo visu cum turpiter vel innupta concupiscitur, adulterium
perpetratur. Chrysost. Nisi ex voluntate sola fornicatio consumma-
retur, nunquam dominus diceret (Qui viderit mulierem &c.) Ergo
voluntas sine opere frequenter peccat. August. Impudicus oculus
impudici cordis est nuncius. Idem: Qui viderit mulierem ad con-
cupiscendum eam, id est hoc sine & hoc animo attenderit, ut eam
concupiscat, quòd jam non est delectatione carnis, sed plane consen-
tire libidini, ita ut non refranetur illicitus appetitus: sed si facul-
tas fuerit, satiatur: his mœchatus est. Ibid. Si cui non contingat fa-
cultas concumbendi cum uxore aliena, planum tamen sit, aliquo mo-
do cupere, & si potestas detur esse futurum, non minus est reus, quàm
si in ipso facto deprehenderetur. Hieron. Qui viderit mulierem, &
sic aspexerit, ut concupiscat, ut facere disponat, iste rectè mœchatus
dicitur eam in corde suo. Bernbardus. Maximum planè delictum
concupiscentia: quæ interiorem & exteriorem hominem occupat u-
niversum. A planta pedis usq̄ ad verticem non est in me sanitas, to-
rum inficit concupiscentia. Anselmus. Concupiscentia peccati no-
mine appellatur: quoniam ex illa oriuntur omnia peccata. Quis-

) Apu. Ant
se. m. 85.
In 1. 10. talib.
In Mat. 39
hom. 32.
De serm.
Dn. in mont
De serm.
Dom. lib. 1.

De poenit.
d. 7.

Sup. Mat.
lib. 1. cap. 14
De concu-
pisc. in sent

In cap. ad
Rom.

Lib. 1. sup.
Amos.
In ep. ad
Demet.


Lib. de mo-
nog.
Lib. 1. de A-
brah. c. 4.
& 7.


a Ex. 1. c. 29
2. c. 13. de
adul. con-
iug.
1. 2. c. 12.

quid enim est peccatorum, in dictis, in factis, in cogitationibus, non oriuntur, nisi ex mala cupiditate, non oriuntur, nisi ex illicita delatione. Hieron. Primum peccatum est cogitasse, quæ mala sunt: secundum cogitationibus acquivisse perverſis: tertium quod est det erius opere compleſſe. Idem. In illa tantum cogitatione peccatum, quæ suggestioni consensum mentis dedit, quæ malum suum blandè fovet, quæ in factum gestit irrumperè: ut illud in Evangelio: Qui viſerit mulierem ad concupiscendum. Terrullianus. Adulterium est cum quoquo modo distinctis duobus, alia caro, imò aliena misceatur. Ambros. Ideò coniugii tibi datum est ius, no laqueum incidis & cum aliena muliere delinquas. Idem. Quicquid in ea quæ non sit legitima uxor commissum fuerit, adulterii crimine damnatur. Et. Nulli licet scire mulierem, præter uxorem. Et. Cognoscimus velut præfulem custodemq; coniugii esse Deum, qui non patietur alienum torum pollui: & si quis fecerit, cum peccare in Deum, cuius legem violet & gratiam solvat. Isidor. Specialiter adulterium, qui præter suam ad alteram accedit. August. Puto neminem Christianum reluctari illum adulterum esse, qui vel diu languente, vel diu absente vel continenter vivere cupiente sua uxore alteri commistus est scemina. Lactantius. Qui servari potest charitas nisi habitaverint semper unà (coniuges) nisi devota mens & servata in vicem fides, individuam fecerit charitatem?

TIBI DOMINE sIt L²VS,
TIBI sIt GLORIA.








presenti hoc errore pronunciet, qui & olim sua
 auctores partim propagatores in Ecclesia
 Originem Alexandrina Ecclesia antisitem
 Palestinas; nunc iterum resuscitatur à nonni
 rum in proscenium educitur, palliatur, com
 impij hujus dogmatis absurditas eò magis innot
 literarum & rationum stateram examinanda

1. Contrariantur illi scriptura dicta ea, qua
 diabolorum & hominum damnatorum aterna
 desituras esse perspicue confirmant(a): qua ve
 morientem asserunt: Iram Dei mansuram sup
 esse ignem inexstingvibilem, interitum aterna
 ternum, iudicium sine misericordia, pronunciat
 extremo die abiecturum maledictos in supplic
 Quod si itaq; homines damnati usq; in aterna
 lumen & Diaboli in secula seculorum crucia
 tandem erunt salvandi, aut quis finis penis ipj
 Neq; est, ut quis cavilletur, vocabulum aterna
 lutam sine fine perpetuitatem, sed periodicam
 temporis limitatam diuturnitatem denotare. I
 quæstioni accommodari non potest: siquidem
 quam convincietur, quod pœna damnatorum
 ra sint, sed potius constat, nullam mutatione
 summi iudicis, quo ad statum rerum. futuram
 aeternum, simpliciter in propria significatione
 quid assumitur, pro figmento reputamus.

2. Deinde & rationes contra prodigiosum h
 tant. 1. Quia damnatorum peccata mortali
 temporalia violant & contempnunt aeternum
 videlicet Deum, & aeternam vitam; iustissime
 aeternis pœnis puniuntur. Cum enim duplex sit
 cundum intentionem acerbatis, & secundum



2) Esa. 66. 24
 Ioh. 3. 36.
 Matt. 3. 12.
 2. Thef. 1. 9.
 Hebræ. 6. 2.
 Iacob. 2. 23.
 Matt. 25. 47.
 Pfal. 49.
 Apoc. 20. 10